Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

celo pparant. regenerant morte. dampnatione absoluunt. gla
dio consecrant. Hinc intelligamus. quantum ualuerit ad auferendum
mundi peccatum passio redemptoris. Ecce innocentiam & uitam
probatur conferre mors hominis. Hinc intelligamus quantum in com
mune profuerit sacra mors filii dei. Secundum Lucam. In illo tempore. Dixit dominus iesus discipulis suis.
Cum audieritis prelia & seditiones. nolite terreri. Oportet primum
hec fieri. sed non statim finis. Et reliqua. Omelia Gregorii pape.
Dominus ac redemptor noster perituri mundi precurrentia mala de
nuntiat. ut eo minus perturbent uenientia. quo fuerint presci
ta. Minus enim iacula feriunt que preuidentur. Et nos tolerabilius mun
di mala suscipimus. si contra hec per prescientie clypeum munimur. Ecce
enim dominus dicit. Cum audieritis prelia & seditiones. nolite terreri.
Oportet primum hec fieri. sed non dum statim finis. Pensanda sunt uer
ba redemptoris nostri. per que nos aliud interius. aliud exterius passuros
denuntiat. Bella quippe ad hostes pertinent. seditiones ad
ciues. Ut ergo nos indicaret interius exteriusque turbari. aliud nos fatetur
ab hostibus. aliud a fratribus perpeti. His ergo malis preuenientibus
quia non statim finis sequitur. adiungit. Surget gens contra gen
tem & regnum aduersus regnum. & terre motus magni erunt per
loca. & pestilentie & fames. terroresque de celo. & signa magna
erunt. In quibusdam codicibus inuenitur. terroresque de celo & tem
pestates. atque subditur. & signa magna erunt. Ultima tri
bulatio multis tribulationibus preuenitur. & per crebra mala que preue
niunt. indicantur mala perpetua que subsequentur. Et ideo post bella
& seditiones non statim finis. quia multa debent mala precurrere
ut malum ualeant sine fine nuntiare. Sed cum tot signa perturba
tionis dicta sint. oportet ut eorum consideratione breuiter per sin
gula perstringamus. quia necesse est. ut alia e celo. alia e terra.
alia ab elementis. alia ab hominibus patiamur. Secundum Lucam. In illo tempore.
Dixit dominus iesus discipulis suis. Cum audieritis prelia & seditiones. nolite terreri.
Oportet primum hec fieri. sed non dum statim finis. Tunc dicebat illis. Sur
get gens contra gentem. & regnum aduersus regnum. & terre motus ma
gni erunt per loca. & pestilentie & fames. terroresque de celo